



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**


**Coloniae Agrippinae, 1634**

Lectori.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

## LECTORI


**Q**UOD plerisque animantibus aiunt inesse  
 tam mites, tamq̄, efficaces oculos, ut eo-  
 rum aspectu, quasi mollissimo incubatu  
 pulli excludantur; Hoc ipsum in isto inge-  
 nij fœtu (Lector) experti sumus. Tu illi adhuc penè in  
 ouo, & in partus vinculis, tam blandis, tam potētibus  
 oculorum radijs, es obstetricatus: Tu natum tanta be-  
 neuolentia complexus es, ut meritò se totum tuis uti-  
 litatibus debeat impendere. Qui tibi placuit in primis  
 (ut aiunt) incunabulis, auctior ut spero non displice-  
 bit: Nihil est (mi Lector) in hoc literarum puluere  
 cultura eloquentia aut nobilius, aut operosius. Jam  
 enim à prudētibus non quaritur indigesta rerum sar-  
 rago, in quam se intemperantis prurigo seculi arden-  
 tius quàm cautius effuderat; Sed solers & nervosa, &  
 acuta dicendi ratio, quâ se & vegeta produnt inge-  
 nia, & accurati lima iudicij. Hanc in isto opere Flexa-  
 nimam non meis quidem coloribus, sed Græca Lati-  
 naque antiquitatis opibus excultam, quasi in eminenti  
 arce posui. Tu Lector fruerere, & quidquid inde hau-  
 seris, in Deum scientiarum omnium fontem & Do-  
 minum reuolue, memor illius dicti, quod ex sacrario  
 prodijt sapientia: Oportet prius animas, postea lin-  
 guas fieri eruditas.